

Lydrodoxia Fim. XXIII.

IMMANUEL!

DISQUISITIO THEOLOGICA,
De,

CONTINUATIONE
QVÆSTIONIS: Anne Ecclesia Sve-
cana potius sit denominanda Lu-
therana, quam Evangelica?

Dei Optimi Maximi Auxilio, XXIII.
In Regiâ Academiâ Aboënsi,
Consensu Max. Rev. Fac. Theologicae,
Publicè examinanda,

PRÆSIDE

ENEVALDO SVENONIO,

Q.G.A.SS. Theol. Doct. & Professore
Primario, Reg. Al. Inspect. hodieq;
RECTORE ACAD.

RESPONDENTE

GABRIELE ENEVALDI SVE-
NONIO, ABOENSI.

Ad diem xi. Decembr. A. O. R.

M. DC. LXXXV.

Impressa à Joh. L. WALLIO, A.T.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
Sveciæ Fidelissimo Viro, ac Generosissimo Domino,

DN. GUSTAVO GRASSI,
Hæred. de Rostis &c. Toparchæ Ori-
entalis Bothniæ æquissimo, Domi-
no meo benignissimo.

Generoso atque Nobilitatis splendore Amplissi-
mo Domino,

DN. DANIELI GYLLEN,
SE DO PE,

Regij judicij Assessori gravissimo,
avunculo meo materno perbe-
nevolo.

Item:

Inclytis hujus urbis civibus ac Merca-
toribus primariis:

DN. BARTHOLD Festina,

Evergetæ ac Fautori meo promptiss:

DN. NICOLAO STENONIS Råder/
Fautori ac benef. meo jucundissimo.

Has studiorum Theol. primi-
tias respectivè decenti reve-
reniâ atque honore inscribo

GABRIEL SVENONIUS.

Tgnorantiam tām gravem con-
traximus moreales jam statim
in Paradiso, Domini, Me-
cenates & Fautores, ut ni-
si studiis ac laboribus nos quo-
tidie exerceveremus, ac cætitati intellectus no-
stri eo etiam modo nos eximeremus, brevissi-
ma certè inter nos & bruta distaret meta.
Corpus namque habemus artificiose compositum
omnibusque, exceptis peccati maculis, ferè nu-
meris absolutum: verum eodem quoque gau-
dent bruta. Accrescimus nos ad statuam
eam, quam cuilibet nostrum largitur rerum
omnium Architectus: verum nonne & idem
faciunt bruta? Movemur insuper de loco in
locum, edimus, dormimus, variasque edimus
operationes, visus scilicet, auditus, gustus,
tactus, nec non ipsius adeò olfactus: Cate-
rum rursus auditum Aper, visum Lynx, ta-
ctum Arones, odorem canis ac nostrum gu-
stum simia, nullo negotio ipsisque nobis testibus
vincunt & eludunt. Interim superiorē a-
nimæ vim, rationem, bestiis denegatam no-
bis gratulamur, & quidem rectè, modo non
patiamur residuam ac leviorem istiū scintillu-
lam desideria nostra extingui. In hoc igitur u-

num in dies laborandum, ut continuo artium
liberalium affliti potius accendatur eadem,
ac in mediocrem deum flammam aucta se lon-
gius latiusq; diffundat, quam suffocet et longe-
scat. Hoc ipsum ego, paucorum annorum
juvenis, pro ingenii mei captu perpendere cae-
pi, ac paterno isto, quo in me est Pater meus
dulcissimus, exstimulatus animo, rogavi eum,
ut mihi licet, sub illius vexillio, ad finem
hujus operis, meum deponere tyrocinium.
Quo statim et cum applausu ejus impetrato
voto, ob ea, ad Vos, Generofissimi Do-
mini, Vosque spectatiss: Viri, Mecenates
et Fautores, me converto, petitus, ut primū
me blando vultu adspiciatis, ad Vos præsentes
has referentem pagellas. Interim vero poplitibus
flexis Deum invoco et adoro, velit Vestra-
rum Generositatum atq; prudentiarum
vitam ab omni male ac multis periculis tu-
cam in multos annos prolongare! Hisce Dei
protectioni ac tutela concrediti, bene ac lon-
gum valete et favoris vestri solitarios spar-
gitur

In

Humilimum & observantissimum
Vestrum Cultorem
GABRIELEM E. SVENONIUM.

S. 73.

D

XX

&

tin

e.

G.

BRI

ENI

VAL

SVE

A

et

A

Regerit Paræus Calv. in suo Comment. in hunc locum. **tin**, Si rationes nostræ essent solidæ, Res Paulus procul dubio id indigitasset. **G.** Resp. Sufficit quod alibi id suo exemplo docuit, ubi se nominavit Pharisæus, ut distingueretur à Saducæis, qui negabant Resurrectionem mortuorum. **Sve** Adhuc, eandem reprehensionem urget cap. 3. 4. 5. ex hoc fundamento, quia Paulus, Apollo & Cephas ministri Dei erant, hoc est, ejusdem fidei in Christo profœctores. **B.** Certum esse, Lutherum & Calvinum non fuisse discordes in fundamento fidei. **Resp. I.** Aliud ostendit propria confessio utriusq; partis, imp. Carolo V. exhibita, quâ se in Comitiis Augustanis A. 1530, 24. Jun. palam segregarunt. **2.** Aliud demontrat B. Dn. D. Hutterus noster in suo Irenico contra Paræum. Conf. meæ responsiones in Artificio Delile. **3.** Appel-

lare se Lutheranum, gloriam Christi magis
ludit, quam Paulinum nominari aut Petri-
num, quippe Lutherus Petro & Paulo infe-
rior erat. Resp. Hoc procederet, si Luthe-
rum fidei nostrae Magistrum ponere-
mus, quem ministerum saltem facimus
ipsius Christi, qui ἀρχηγὸς τῆς ἡμετέρας
μίσεως ἐστι. Ebr. 11:2. d. Appellationes illæ
Lutheri & Calvini, autores quidem discer-
nunt, sed uter orthodoxus sit, non evincunt.
Resp. 1. Sufficit nomina ista, discernere
personas in doctrinâ discrepantes, ne
fingatur communio aliqua inter Chri-
stum & Belial, prohibita 2. Cor. 6:14.
Resp. 2. Ostensio doctrinæ an vera sit
vel falsa, non ex personarum nomini-
bus, neq; n. ab autoritate humana de-
pendet veritas divina; sed ex documen-
tis in S. Scripturâ contentis. e. Licere
Profiteri nomina præceptorum à quibus profe-
cimus, sed absq; schismatico scandalo & alio-
rum contemptu.

§. 74. Resp. 1. Concedendo, & si-
mul admirando, cur Calvinianos suo-
rum Præceptorum pudeat, ut nomina
eorum

corum profiteri non ausint, audire certè nolint. 2. Cavenda esse schismata & scandals concedimus; sed ea præcisè ex usurpatione istarum denominacionum oriri, petitionem esse principii assertimus, nisi intelligas fortè scandalum acceptum, quod meritò spernimus. 5. Licere etiam hereticos nominibus suorum Autorum nuncupare, ut caueantur, sed tum demum quando de heresi constat. Resp. 1. Admittendo thesin, sed non hypothesin: supponit enim *Parous* verum esse, quod est *κενόμενον*, nimis modum convincendi hereticos alium nondari, nisi ut id fiat in aliquâ Synodo: interim enim se non esse sufficienter auditos, multò minus convictos, indesinenter clamitant. Resp. 2. Verum, idem omnino veteres heretici, tempore Apostolorum, dicere potuissent, Simon Magus, Hymenæus, Philetus, Alexander *χαλκίου*, Diotrephez, Nicolaitæ & multi alii, quos absquè Synodo, quia periculum erat in morâ, ne gangrena latius serperet, heresios evidentè con-

victos suisse constat. Neq; omnes⁹
 quos Calviniani pro hæreticis habent,
 sunt in aliquà Synodo publicè convicti,
 ut Photiniani, Arminiani &c. Quini-
 mò, auditi sunt Calviniani in Collo-
 quio Marpurgensi A. 1529. In Collo-
 quio Heidelbergensi A. 1560. In Col-
 loq. Maulbrunnensi A. 1564. In Col-
 loquio Mompelgartenensi A. 1586. In
 colloquio Toruniensi A. 1645.

§. 75. Hæc fuere Paræi velitationes⁹,
 seqvuntur ejusdem argumenta, quibus se
 nō jocari in hâc causa ostendit, & quidē
 i. Quicunqz pro nobis non est Crucifixus, ab
 eo non sumus denominandi. At Paulus, Lu-
 therus, Calvinus &c. pro nobis non est Cruci-
 fixus. Ergo ab ijs non sumus denominandi.
 Resp. i. per instantiam: qui pro nobis
 non est crucifixus, ab eo nemo deno-
 minari debet: Atqui Israël pro nemi-
 ne est crucifixus E. ab eo nemo est de-
 nominandus. Perperam E. Salvator
 Nathanaëlem nuncupavit Israëlitam?
 Concl. est absurdum. E. vel Major vel Min.
 Non hæc, quia experientiâ & omnium
 con-

confessione ratificata. E. Illa Major prop.
sc. intellecta in sensu coniuncto, respectu
Christi unius Ecclesiaz veræ capitit: u-
num enim Magistrum nostræ doctrinæ
agnoscimus JESUM Christum Matth. 23.
R. 2. Non appellamur Lutherani, ob-
singularia & heretica Lutheridona, quæ
sunt incommunicabilia; sed ob doctrinæ
eius vere Christianam, ut ab alijs
pseudo-christianis segregemur. 3. Major
igitur intelligenda est δεσποτικῶς, siu
verò intelligatur διακονικῶς, falsa erit in
genere orthodoxorum, siu Διακελπικῶς a-
etiam falsa in genere heterodoxorum.

§. 76. II. In cujus nomen non sumus bapti-
zati, ab eo non sumus denominandi: Atqui
in Lutheri nomen non sumus baptizati, E. ab
eo non sumus denominandi. Resp. I. Li-
mitando Maj. prop. addendo vocem
κυρίως seu Principaliter: diverso n. Fine &
respectu profitemur nomen Christi &
Lutheri, quia in illud baptizati sumus
totamque fiduciam nostram in eo po-
nimus, & hoc soli Christo competit;
& quisquis eo respectu hominis cujus-

cunq; nomen præter Christum proficitur, idololatra fit & in ipsum Cristum injurius, ne dicam blasphemus: quo respectu nemo nostrum proficitur nomen Lutheri, sed ut sæpè inculcatum, tantum discretionis gratiâ, ut separatos nos esse contestemur, ab ijs, qui veram Evangelij doctrinam seu legem Christi à Luthero prædicatam ac defensam operâ Sp. Sancti, non amplectuntur, & tñ. ipsi Evangelici ac boni, si diis placet, Christiani audire cupiunt. Resp. 2. Ad min. prop. ut non displicuisset Paulo, si quis Pauli nomen fuisset professus, ad differentiam Hymenai & Phileti errantium, quorum doctrinam præterea non amplectetur, licet in Paulum neq; credat neq; baptizatus sit: ita ad differentiam pseudo-Evangelicorum, ritè nominamus Lutherani, quamvis in eum neq; credamus, neq; in ejus nomina sumus baptizati.

§. 77. III. Si Lutherus ipse, ne quis à se cognominaretur, graviter interdixit; utiq; à titulo Lutheranorum nobis erit omnino abstinendum. Atqui verum prius. E. Posteriorius.

Maj-

Major prop. utrinque plausibilis est. Minor prob. Tom. VI. Witteb. Germ. f. 372. Wiewol ichz nicht gerne habe/ das man die Lehre und Leute Lutherisch nennen/ und muß von ihnen leyden das sie Gottes Worte mit meinem Namen schänden; so sollen sie doch dem Luther die Lutherische Lehr und Leute bleiben lassen und zu Ehren kommen/ wiederumb sie und ihre Lehre unvergehen.

Resp. 1. Si hoc B. Lutherus interdixisset Simpliciter & absolute, aliquid hoc argumento obtinuisse parem, cum hodiernis socijs: verum *xasian* & certis conditionibus hoc fecisse B. megalandrum, cum ex his allegatis tum seqq. ejus verbis constat. Resp. 2. Nego. prop. minorem in casu edendæ confessionis tempore persecutionum: scridò enim reprehendit eos, qui à nomine Lutheri in casu tentationis abhorrebant. Etenim idē Luth. Tom. II. Germ. p. mibi 92. In der Missive an Hartmut von Cronberg/ sic scribit: Das ist ein Zeugnis/ das sie nicht umb der Menschen willen gleuben. Viel sind ihr/ die umb meinen willen gleu-

ben; aber Jette sind allein die rechtfässchen/
 die darin bleiben / ob sie auch hören /
 das ich es selbs (da Gott für sey) verleus-
 gnet und abtrete / das sind sie / die nichz
 darnach fragen / wie böses / greulichz / schend-
 lichz sie hören von mir / oder von den uns-
 fern. Denn sie glauben nicht an den Eu-
 ther / sondern an Christum selbs. Das
 Wort hat sie und sie haben das Wort / den
 Luther lassen sie faren / er sey ein bub oder
 heilig. Gott kan so wol durch Balaam / als
 durch Isaiam / durch Caipham / als durch
 S. Peter / ja durch einen Esel reden / mie-
 den holt ichz auch. Denn ich kenne auch
 selbs nicht den Luther / wil in auch nicht
 kennen / Ich predige auch nichz von im / son-
 dern von Christo / der Teufel mag in holen /
 wenn er kan / er lasse aber Christum mie-
 frieden bleiben / so bleiben wir auch wol. I-
 tem in Serm. de utraq; specie pag. mibi
 104. sic scribit : Am ende / ich sehe / das ein
 gute Vermanung not ist zuthun / an die / so
 ißt der Satan ansehet zu versfolgen / uner-
 welchen ehliche sind / die meinen sie wollen der
 Feßrigkeit do mit entlauffen / wenn man sie
 angreiffe

angreiffen/ das sie sagen / Ich halte nicht mit
dem Luther / noch mit jemand / sondern mit
dem heiligen Evangelio/ und mit der heili-
gen Kirchen/ oder mit der Römischen Kir-
chen/ so lese man sie mit Frieden/ und behal-
ten doch im Herzen meine Lere für Evange-
lisch/ und bleiben dabei. Wahrlich solch be-
kenntnis hilfet sie nicht/ und ist eben so viel als
Christum verleugnet / darumb bitte ich/ die
selben wollet sich ja wol fürsehen. War
ists/ das du ja bey Leib und Seel nicht sole
sagen / ich bin Lutherisch oder Bäpftisch/
denn der selb ist keiner für dich gestorben/
nach dein Meister/ sondern allein Christus/
und sole dich Christen bekennen. Aber wenn
du es da für hieltest/ das des Luthers Lere
Evangelisch/ und des Bapfts unevangelisch
sei / so musst du den Luther nicht so gar hin-
werffen / du wirst sonst seine Lere auch
mit hin/ die du doch für Christus Lere erken-
nest / sondern also musst du sagen/ der Luther
sey ein Bube oder Heilig/ da lige mir nichts
an/ sein Lere aber ist nicht sein/ sondern Chri-
stus selbs/ denn du schest das die Tyrannen
nicht damit umgehen/ das sie nur den Lu-

cher vmbbringen/ sondern die lere wöllen sie
vertilgen/ und von der lere wegen lasten sie
dich an/ und fragen dich ob du Lucherisch
sejst. Hie musstu warlich nicht mit Aher
Woreen reden/ sondern frey Christum be-
kennen/ es habe in Lucher/ Claus oder Ge-
org gepredige/ die Person lasse toren/ aber
die Lere musstu bekennen. Also schreibt auch
Sancz Paulus an Timotheum 2. Tim. 1.
Scheme dich nicht des zeugnis unsers Herrn/
noch meiner/ der ich vmb seinen willen ge-
bunden bin/ wenn hie Timotheo gnug ge-
wesen were/ das er das Evangelium beken-
te/ hette im Paulus nicht geboten/das er sich
sein auch nicht schemen solt/ nicht als der
Person Pauli/ sondern als der vmb des E-
vangelien willen gebunden war. Wo nu
Timotheus hette gesage/ Ich halts nicht mie
Paulo noch mit Petro/ sondern mit Chri-
sto/ und wusste doch das Petrus und Pau-
lus Christum leren/ hette er doch Christum
selbs damit verleugnet. Denn Christus
spriche/ Matth. 10. Von denen/ die
in predigen/ wer euch außnimpt/ der
nimpt mich auß/ wer euch veracht/

der

der veracht mich. Warumb das? Darumb/ das sie seine Worte (die sein Worte bringen) also halten/ darumb ist's gleich/ als er selb und sein Worte also gehalten würden. Similitèr in cap. 7. Joh. Tom. II. Isleb. pag. 229. scribit : Der gleichen sage ich auch das Evangelium ist mein / zu unterscheiden aller anderer Prediger lehre/ die sonst nicht meine lere haben / darumb sage ich/ ditz ist meine des Luthers lehre / und sage doch auch/ es ist nicht meine lere/ sie ist nicht in meiner hand/ sondern Gottes Gabe/denn lieber Herr Gott/ ich habe sie nicht erreichtee aus meinem Kopff/ sie ist in meinem Garten nicht gewachsen/ oder aus meinem Born gezwollen/ noch von mir geboren/ sondern sie ist Gottes Gabe/ und nicht ein Menschen Fündlin. Also ist beides war / sie ist mein/ und ist doch auch nicht mein / denn sie ist Gottes des Himlischen Vaters / und den noch predige und führe ich solche lehre.

S. 78. Resp. 3. Propositionem minorum certo respectu esse & verā & falsam, distinguit enim operosè B. Lutherus inter
deno.

denominationem à suo nomine dispo-
 nētū seu magisterialem, quæ falsa, & Alge-
 xonikήν seu ministerialem, quæ vera est:
 sunt E. in illo Argumento quatror ter-
 mini, contra Cybosuram Logicam, dum
 reducitur ad Syllogismum simplicem.
 Ad questionem, licet ne denominariā
 S. Patribus ut in Papatu? Resp. Neg. Inst.
 Si à Luthero Lutheranos, Calvinō Cal-
 vinianos, &c. appellare licet, sum injuste
 reprehendimus Monachos, quod à suis
 fundatoribus dicantur Augustiniani,
 Bernhardini, Dominicanī &c. At qui
 verum prius E. posterius. Resp. 1. Ne-
 gando consequentiā majoris prop. ratio
 enim diversitatis hæc est, quia &q; illi mo-
 nachi eandem catholicam & Romanam
 ecclesiam profitentur, agnoscentes u-
 nūm caput pontificem, & tamen pro-
 pter diversa faltem vitæ instituta mutu-
 antur nomina ab ordinum suorum fun-
 datoribus, iisque χιρμαληάς, planè sicut
 Corinthii, exceptâ Ecclesiarum qualitate
 inter

interviu, illi enim omnes unam profitebantur doctrinam, & tamen ob diversa studia separabantur in partes: At Lutherani, Sociniani, Calviniani, &c. in fide Christianâ vehementer dissentunt, &c. B. Monachi fiduciam ponunt in operibus juxta cujusq; ordinis regulas præstitis, sociosq; laborum Christi constituant patres istos, à quibus denominari cupiunt, hoc verò est Christum dividere ejusque annihilare meritum, ait Baldvinus. Ad quæstionem alteram,

§. 79. Sufficit ne ergo Christianos denominari a Christo, ceu Magistro ac Redemptore, immo Rege nostro, ut olim Antiochiae factum est, Act. xi:26. Resp. 1. Aff. pro simplicibus ac parvulis, qui nomina sectarū cum suis differentiis non adhuc didicerunt. Resp. 2. Neg. pro adultis ac eruditis: quis enim omnium hereticorum veterum & recentiorum non est baptizatus ac numeratus inter Christianos? Hoc nomine saltē segregati ab Ethnicis, Judæis ac Tarcis sunt. Resp. 3. Verbis

B.Dn.

B.Dn. D. Friderici Baldvini in suâ Reformatione Apostolicâ super 1. Epist. Pauli ad Corinthios pag. 51.

Solo nomine Christiani gloriari, quando de confessione doctrina agitur, adæquè in vizio est, ac à donis doctorum Ecclesiam pendere, & ab iis solù denominari. Ideò inter schismaticos & illi ponuntur, qui dicunt: Ego sum Christi; hoc enim speciem habet, ac si omnes Christi ministri contemnerentur, quasi absque illis Christus nobiscum ageret, nosque ipsorum operâ, in Christianismo nostro, nihil adjutum fumus. Utrumque E. vitandum est: Neq; à solis doctoribus pendendum, quod faciunt, qui per schisma, doctorum suorum nomina jactant, alter hujus, alter alterius, licet alias in doctrinâ conveniant: neque etiam Christiani nomen ita jactandum, ac si despicias Ministros Christi, per quos nobiscum agit. Medium igitur inter haec extrema est, Christianum esse, qui Christo fidem dedimus in baptismo, & ipsum solum Redemptorem ac Magistrum nostrum agnoscimus; à doctore verò illo, qui doctrinam Christi præcipue inter nos propagavit,

gavit, quasi cognomen accipere : quo sensu
dixit Patianus , Episcopus ille Barsilona in
Hispania : CHRISTIANUS mihi no-
men est, CATHOLICUS cognomen.
Hæc ille. Honorificè igitur propter Do-
minum verbi, Deum patrem, tractabimus
ministros verbi, per quos nobiscum agit
Christus Filius Dei vivi, nec non Verbum
ipsum, eū ὁρατὸν visibile, sacramenta, tum
ἀκριτὸν, audibile, in quo utroq; solo ordi-
nariè nobiscū agit ac operatur salutem Spi-
ritus Sanctus: orantes humilimè idq; quo-
tidiè, ut SS. Trias largiatur ex gratiâ non
Verbo ipsi, sed ejus lectoribus, ac conci-
onatoribus, audientibus id ac meditan-
tibus, Spiritum Sanctum ejusq; virtutem
salutiferam : Verbum enim Dei semper
Spiritu Sancto prægnans est ac σπεῦ-
χαρτον. Qvia verò Calviniani, Verbum
Dei perperam dividunt in internum ceu
efficax; & externum ceu inefficax, ex fal-
sâ hypothesis de vocatione efficaci abso-
lutè Electorū, & inefficaci, peremptoriè
Reprobatorū; meritò orationē nostram
ad

368. APPENDIX DE DUAB. QUÆST.
ad supremum Nume*n* in Litanîâ nostrâ
Svecanâ, limitatâ formâ priore, infor-
mamus hunc in modum. Ac tu tin
Unda och Krofse wärdigas til Ordensens Pre-
dikande och hörande gifwa/ exaudi nos cle-
mentissime Domine Deus! Amen.

§. 80. Denique ultimò nota, quod Pri-
oris quæstionis decisio necessaria fuit, ne
malè audiret versio Bibliorum Sveca-
na, haec tenus in patria nostrâ usurpata;
Posterioris verò, ne credatur cohors illa
hominum ex Galliâ hodiè exulantium,
scilicet Evangeliorum, esse purè Luthe-
rane, ac propterea honesto promiscuè a-
pud nos hospitio digna. Ista verò con-
troversia de hominibus regeneratis
quantum post baptismum peccare vel
non peccare ḥρθοδόξως dicendi sunt,
decisa est in antithesi 'de Socinianis &
Arminianis' pag. 184. seqq.

Αροε. 23: 20.

Ἄμην : ναὶ ἐρχεται Κύριε Ἰησὺ!
τέλος

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα εἰς τὰς αἰώνας!
Ἄμην!

Ad

GABRIELEM SVENONIUM,
Alumnum Aboënsis, filium amatissi-
mum, Respondentem:

GABRIEL SVENONIUS. A. A.

Ara yea mān? óne@

BARONIUS VANÆ LEGIS.

Elaboratio :

E st LEGIS VIANÆ, stultus BARONIUS
optat

Quô fiat justus, dogma papale diu.

GABRIEL ast noster SVENONIUS esse

LUTHERUS

Eligit, atque fide Salvus abire cupit.

Lætanti affectu

PRÆSES.

Ad

Ad

JUVENEM

*Antiquâ de nobili stirpe oriundum, Doctrinâ
& Moribus peregrinum.*

DN. GABRIELEM SVENONIUM,
ENEV. F.

*De sensu literali Biblico
publicè disputantem:*

Cœlitùs optatò redeunt jam vota
Paterna,
Effigies Proavūm, vera Patris
Soboles.

Defendit veræ dū symbola Relligionis,
Certè pressa modis innumerabi-
libus.

Macte! igitur pergas vestigia trita Pa-
rentis

Insequier, fuerint blanda Senis re-
quies.

Atque memento simul GABRIEL de san-
gvine qvonam
Cretus, sic facile prosapiam decores!

*Licet Occupatus, ut solet, animo
tamen congratulandi*

L.Mq;. scripsit

ELIAS Zil. Landz/
Doct. Med. & Prof.

*Tam splendore natalium inclito, quam literis
ac pia modestia ornatissimo Adolescenti,
DN. GABRIELI E. SVENONIO,
Affini & commilitoni meo apprimè
dilecto, dum prima disputatoria artus iro-
cinia, sub ductu & moderamine per-Magni-
fici & Reverendissimi Dn. Parentis sui
publice deponeret, votiva ac-
clamatio:*

*Q*vem tenet *ars sophies*, virest, at clari-
rior ille,
Biblia cui princeps cura, secunda Pa-
tres.
Et *sophiae* & CHRISTO servit Pater utpo-
te magnus,
Mystica qui calamo vindice bella
gerit.
Sic decet aoniis pectus perfundere
lymphis:
Perge! juvant *artes*, CHRISTUS & ipse
juvat..

*Quam prolixiori animi affectu quam
verborum apparata dedi*

AND. WANOCHIUS
Ph.praet.& Hist.Prof.
Fac.Ph.p.t.Decan.

Sane, si mea quoq; inter tot gratulantium do-
m, Tibi non prostaret gratulatio, cum virtus
quam semper consecratus es, animum tuum ita
nunc occupet, ut specimen publico diligentia
tuā offendere minimū detrectaveris, ipsa ingra-
titudine viderer ingravator; verum ut notam
illam mibi tollam, voveo ut hoc tuum lauda-
bile propositum ita evadat, quò fiat tandem
Reip. utile ac bonum, cognatis jucundum, a-
amicis siccave, & Tibi deniq; ipsi in decus peren-
ne. Unicum restat, sc. quod semper perseve-
rabis ut hactenus ita & debinc in virtute,
qua ita doctrinam nobilitat, quemadmo-
dum aurum adamas, & mibi crede, omnia
ei adesse, penes quem est virtus, Vale!

Quamvis occupatissimus, L. in. Mq;
A. MELLIN.

Variis in artibus sese exercet suoq; con-
sumit hodie annos juventus, dum hi
calamum & stylum, alii arma, alii literas se-
tinentur. Horum in numerum, vel metacente-
te retulit carissimorum nostrorum parentum
sedula institutio, cui cum faciles semper præ-
bueris aures, inde tu eruditiois nunc re-
linquis specimen. Quapropter tibi fraterno
ex animo gratulor, ac fortunam faustam pre-
cor. Vale.

Tuus Frater

NICOLAUS E. SVENONIUS.